132

Sophienkirche / Dresden, Am Poſtplatz

Sonntag, 14. November 1943, 16 Uhr

Vortragsfolge:

1. **Johann Sebaſtian Bach** (1685 – 1750):
Paſſacaglia und Fuge in c-moll für Orgel

2.

Meſſe in C-Dur

für Chor, Soloſtimmen und Orcheſter
von **Ludwig van Beethoven**

Ausführende:
Der Sophienchor, Irmgard Gwinner (Sopran), Erika Plettner (Alt)
Willy Lückert (Tenor), Eugen Klein (Baß)
Leitung und Orgel: Hanns Ander-Donath

Kyrie, eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.

Gloria in excelsis deo! Et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Laudamus te, benedicimus te, glorificamus te. Gratias agimus tibi propter mangnam gloriam tuam. Domine deus, rex coelistis, Deus pater omnipotens, domine fili unigenite Jesu Christe. Domine deus, agnus dei, filius patris. Qui tollis peccata mundi, miserere nobis! Suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dextram patris, miserere nobis! Quoniam tu solus sanctus, solus dominus, solus altissimus Jesu Christe. Cum sancto spiritu in gloriam patris, amen. Quoniam tu solus sanctus, tu solus altissimus, Jesu Christe. Cum sancto spiritu in gloriam dei patris, amen.

Credo in unum deum, patrem omnipotentem, factorem coeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum dominum Jesum Christum, filium dei unigenitum et ex patre natum ante omnia saecula. Deum de deo, lumen de lumine, deum verum de deo vero genitum, genitum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de coelis. Et incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine, et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus est. Etresurexit tertia di secundum scripturas, ascendit in coelum, sedet ad dextram patris. Et iterum venturus est cum gloria, judicare vivos et mortuos. Cujus regni non erit finis. Et in spirizum sanctum dominum et vivificantem, qui cum patre filioque procedit, qui cum patre et filio simul adoratur et glorificatur, qui locutus est per prophetas; et unam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam, confiteor unam baptisma in remissionem peccatorum, et exspecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi saeculi, amen.

Sanctus dominus deus Sabaoth! Pleni sunt coeli et terra gloria tua. Osanna in excelsis! Benedictus, qui venit in nomine domini. Osanna in excelsis!

Agnus dei, qui tollis peccata mundi, missrere nobis! Dona nobis pacem!

Verdunkle ſorgfältig, ein Lichtſchein kann eine ganze Stadt gefährden!

M/0380

Preis 20 Pfg.

Als Unterstützung mitgenommen.